

zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. FF. C.  
ET INSTIT. DE DONA-  
TIONIBVS.

QVAS DEO AVSPICE PRAESIDIBVS,  
CLARISSIMIS ET CONSULTISSIMIS VIRIS D.  
Ioanne Michaëlis Cronenburgero, Dictatore, & D. Io-  
anne Hollandt Fisco, SS.LL. Licent. in celeberrimo  
Agrippinensium juris Collegio, pub-  
licè discutiendas exhi-  
bet.

IOANNES NEVVHAVSEN VV.

*Anno reparatae salutis MD. LXXXII.  
V. Nouemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

Y

## CONTINUATIO.

**V** donationes semel perfectae conservarentur: ideo praetor eas suo jure, velut justum acquirendi modum, (a) tuetur & confirmat. Vnde effectum est, quod hic tractatus inter judicia praetoria locum sibi vendicet. (b)

(a) in pr. Instit. h. t. (b) ita fere continuat VVef. in parat. ff. h. t. nu. 1.

## THESIS I.

Dono qd dicitur

**D**onatio, quae à dono quasi domi datio dicitur, (a) est rei gratuita, (b) à volente, (c) in acceptantem, (d) per promissionem, (e) aut traditionem, (f) translatio, vel certi juris remissio. (g)

(a) l. senatus 35. §. 1. ff. de mort. c. donat. l. inter domum 194. ff. de V. S. (b) Ioan. Althuf. lib. 1. jurispr. Rom. c. 36 in pr. Contrarium enim est officio merces, l. 1 in fin. ff. Mandati: Vnde constat donationem mercede interveniente alterius contractus formam induere, ut etiam commodatum, l. 5 §. rē tibi 12. ff. cōmod. (c) l. donari 29. ff. h. t. text. elegans in l. rem legatam 18. in fin. ff. de adimend. legat. l. donari videtur 82. ff. de R. I. vid. quoque l. alienatum 67. l. munus 214. ff. de V. S. (d) l. 2. §. sed si quis 6. l. absentis 10. ff. h. t. Cujac. lib. 12. obs. 28. Connan. lib. 5. comment. c. 9. num. 4. Dn. Althuf. d. loco (e) §. perficiuntur Instit. h. t. l. si quis argentum 35. §. fin. C. cod. (f) d. l. si quis argentum. (g) l. Modestinus 23. ff. h. t. l. si donationis 18. C. cod. l. 1. ff. de transact. vide l. tale pactum 40. ff. de pact.

### II.

*Causa igitur efficiens est benefica voluntas donantis, (a) siquidem invitus nemo donat; (b) & consensus accipientis, (c) cum in invitum quoque beneficium non conferatur. (d)*

(a) vid. thes. 1. (b) d. l. donari videtur 29. ff. h. t. l. nec ignorans 10. C. cod. d. l. rem legatam 18. ff. de adimen. legat. d. l. donari videtur 82. ff. de R. I. VVef. in parat. num. 4. h. t. (c) thes. praeced. (d) l. hoc jure 19. §. 2. ff. h. t. l. invito 69. ff. de R. I. VVef. d. loco.

### III.

Quae non consentiunt in  
hoc dicitur non

*Vnde colligitur eos, qui consensum non habent, donare non posse: quales sunt furiosus, (a) prodigus, (b) mente captus, (c) pupillus: (d) Sunt & alij qui simili modo, ex diversa tamen causa, (e) donare prohibentur, ut Episcopus, Abbas, Prelatus quilibet res Ecclesiae, (f) Princeps bona regni, (g) vasallus feudum, (h) monachus, (i) filiusfamilias, (k) servus, (l) miles concubinis suis, (m) perduellionis reus, (n) omnesque de crimine capitaliter damnati. (o)*

(a) l. 1. l. Iulianus 10. ff. de curat. furios. (b) d. l. Iulianus l. is cui 6. ff. de V. O. (c) l. Modestinus 23. in fin. ff. h. t. (d) l. pupillus 11. ff. de acquir. rer. dom. §. nunc admonendi. Instit. quib. alien. lic. &c. (e) nimirum propter alienationem prohibitam: quibus enim alienare non conceditur; iisdem multò minus donare. arg. l. filiusfam. 7. in pr. ff. h. t. l. cui jus 163. ff. de R. I. (f) c. nulli liceat, §. alienationis, & tot. tit. de reb. Eccles. alien. vel non alien. Authent. sicut. & Authent. multò magis, C. de sacrosanct. Eccles. (g) c. intellecto 33. ext. de jurejur. (h) in pr. tit. de prohib. feud. alien. in usib. feudor. & ibi Feudistae. (i) c. non dicatis. 1. quest. 12. (k) l. filiusfam. 7. ff. h. t. l. contra 28. §. si. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. quae respignor. &c. (l) d. l. 1. §. 1. d. §. fin. l. 3. §. si servus, ff. de donat. int. vir. & uxor. (m) l. 2. & ibi Dd. C. de donat. int. vir. & uxor. l. miles 41. §. 1. ff. de testam. milit. l. mulierē 14. ff. de his quae ut indig. Castrensis in

sis in l. donationes 31. nu. 1. & 2 ff. h. t. (n) l. donationes 31. §. fin. ff. h. t. l. ult. C. ad l. Jul. Mar  
jest. (o) l. post contractum 15. ff. h. t.

### IIII.

*Materia sunt omnes res, quae in commercium cadunt, (a) tam mobiles, (b) quam im-  
mobiles, (c) nec non incorporales; (d) item spes futura actionis; (e) quinimò universitas  
donari potest: (f) Forma in ipsa promissione, quae aut stipulatione fit, aut nudo pacto; (g)  
vel traditione (h) consistit.*

(a) arg. pr. Inst. de inutil. stipulat. VVef in parat. nu. 5. h. t. Moz. in tractat de donat. c. de  
reb. quae don. poss. nu. 1. (b) l. 2. §. 1. 2. & seqq. l. qui saxum 6. l. absentis 10. l. ex hac scriptura  
16. l. hoc jure 19. §. si quis 3. l. cum qui 22 ff. h. t. (c) l. fin. §. 1. ff. h. t. l. nec ignorans 10. C. cod.  
Moz. d. loc. nu. 1. (d) l. in adibus 9. in pr. l. Aquilius 27. l. Lucius Titius 32. ff. h. t. l. 2. C. cod.  
(e) l. 3. C. cod. Moz. d. loco. (f) l. hereditatem 28 ff. h. t. l. si quis argentum §. sed si quis 4. C.  
cod. (g) d. l. si quis argentum, §. fin. C. h. t. (h) d. §. fin.

### V.

*Finis donationis est, ut munificentia & liberalitas exerceatur: (a) Effectus dominij  
translatio, ubi traditione donatio facta est, (b) vel ubi sola promissione, tradendi neces-  
sitas. (c)*

(a) l. 1. in princ. ff. h. t. l. munus 214. §. donatio. ff. de V. S. l. rem legatam 18. ff. de adimen.  
legat. VVef. in parat. h. t. n. 7. (b) l. qui saxum 6. l. absentis 10. l. qui mihi donatum 13. l. ult. §.  
Lucius Titius ff. h. t. l. 1. l. si emancipatum 17. l. si quis 26. C. cod. l. possessionem 3. l. velles  
6. C. de revoc. donat. nisi dominij translatio suspensa sit, l. 2. §. si pecuniam §. ff. h. t. l. Julia-  
nus 2. l. si mortis causa 29 ff. de mort. causa donat. (c) l. si quis argentum 35. §. fin. C. h. t.  
§. perficiuntur. Inst. eod.

### VI.

*Donatio autem duplex est; propria, (a) quae etiam simplex (b) & absoluta donatio dici-  
tur, (c) vel impropria: (d) propria donatio est, quae nulla sub causa, sed ex mera liberali-  
tate fit. (e)*

(a) l. 1. ff. h. t. l. donatio 25. in pr. l. sancimus 34. in pr. C. cod. Althus. d. c. 36. (b) l. si filia 20.  
§. si pater 3 ff. fam. hercisc. l. cum multae 20. §. simplices, C. de donat. ant. nupt. l. illud sine  
ratione 20 §. 1. C. de collat. (c) l. senatus 35. §. sed mortis 2. ff. de mort. c. donat. (d) Althus.  
d. loco. (e) d. l. 1. l. hoc jure 19. §. 1. & ult. ff. de donat. §. aliae autem Inst. eod.

### VII.

*Hac donatio inter patrem & filium in potestate existentem generaliter (a) locum non  
habet, (b) neque inter maritum & uxorem valet, (c) ut nec inter fratres, qui sunt in ejus-  
dem potestate. (d)*

(a) Nam aliquando vel statim valent hujusmodi donationes, vel postea cōfirmantur.  
l. si sponsus 5. §. si maritus 13. l. Papinianus 23. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. si pater 4. ff. pro  
donato l. 2. C. de inoff. donat. l. donationes 31. §. pater 2. ff. h. t. l. si emancipatis 17. C. cod.  
(b) l. cum de bonis 11. C. cod. Gail lib. 2. obser. 48. nu. 1. 2. 3. (c) tot. tit. ff. & C. de donat. int.  
vir. & vxor. ne mutuo amore se spolient, & concordia maritalis pretio conciliari videat  
tur, l. 1. 2. 3. l. sed si vir. 31. §. quod legaturus in fin. ff. d. t. (d) l. frater à fratre 38. & ibi Cujac. &  
Hotom ff. de condict. indeb. Althus. d. loco. l. donationes 25. C. de donat. int. vir. & vxor.  
vide Castrenf. in l. tam is 25. §. filiusfam. nu. 6. ff. h. t.

*Ad hanc*

VIII.

Ad hanc donationem, (a) si excedat modum quingentorum solidorum, (b) insinuatio, five ad monumenta publica relatio (c) regulariter requiritur: (d) hac autem ommissa, quod superfluum est tantummodo non valet: (e) reliqua verò quantitas, qua intra legis terminos constituta est, in suo robore durat. (f)

(a) In alijs enim donationibus Insinuatio non est necessaria. inf. thes. 23. & thes. ult. (b) §. perficiuntur. Inst. it. h. t. l. si quis pro redemptione pen. in fin. ubi Gothofred. allegans Clarum 4. sent. §. donatio. quæst. 15. §. 1. (c) l. sancimus 34. in fin. pr. l. si quis argentum 35. §. sed & si quis 4. C. h. t. (d) Exceptiones sunt in §. perficiuntur. Inst. h. t. d. l. sancimus 34. in pr. & §. 1. d. l. si quis pro redemptione 36. in pr. §. 1. & 2. C. cod. Moz. d. tractat. c. de substantialibus donat. nu. 15. (e) d. l. sancimus 34. in pr. d. l. si quis argentum 35. §. sin autem 3. d. l. si quis per redemptione 36. §. fin. C. h. t. fac. l. ut mihi 21. ff. cod. (f) d. l. sancimus. Moz. d. loco num. 16.

IX.

Sed illud hic queri solet, num aureus, quo hodie ex generali omnium populorum consuetudine utimur, veteri illi solido aureo ve legali surrogatus sit: ut qua de solido jure civili cauta sunt, ad nostrum aureum, quamvis levioris sit ponderis, referantur? & surrogatum esse existimo.

Alciat. in l. enuntiatio 232. ff. de V. S. vid. Gail lib. 2. obs. 39. nu. 1. Mynsing. in §. nos a. nu. 3. & ult. Inst. de Attil. tutor. & in §. alia autem n. pen. & ult. Institut. h. t. cum etiam Icti veteres indifferenter aureum pro solido usurparint, quod apparet ex collatione l. 5 §. prætor ait, ff. de his qui dejecerunt & c. cum §. item is cui Institut. de obligat. quæ ex q. delict. item, l. cum ex falsis ff. de manumiss. testam. cum l. 8. in fi. & l. 9. ff. de inoff. testam. gloss. in l. quicumque 4. in verb. vel viginti, C. de servis fugitiv. Borch. in tit. de Attil. tut. Institut. Althuf. d. c. 39.

X.

Porro insinuatio apud competentem Iudicem (a) in uno loco facta, etiam res sitas extra territorium sub alio Iudice, (b) complectitur.

(a) l. secundum Divi Leonis 32. C. h. t. (b) l. data iam pridem 27. in fin. l. in hac sacratissima 30. d. l. secundum Divi Leonis 32. C. h. t. l. 1. de contrah. empt. l. quisquis 15. C. de rescind. vendit. Gail lib. 2. obs. 123. nu. 5.

XI.

Hac donatione omnia bona, præsentia tamen (a) non futura, (b) donari possunt: Quid si igitur simpliciter bona, vel universaliter omnia bona donata sint, num valebit donatio? valere puto. (c)

(a) Moz. d. tractat. c. de reb. quæ don. poss. nu. 6. allegans Iasonem & Alexandrum in l. fin. post nu. 3. C. de pact. (b) arg. l. stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de V. O. l. pacta quæ contra 6. l. pactum 15. l. licet 19. l. ult. C. de pact. nisi ususfructus reservetur. Gail lib. 2. obs. 127. nu. 4. vide Moz. d. loco nu. 10. (c) glo. in d. l. ult. in verbo accommodaverit, C. de pact. cum in his donationibus non veniunt bona postea quæ sita. Moz. d. c. nu. 7.

XII.

Hac autem donatio si perfecta fuerit (a) donator ex stipulatu, (b) vel conditione ex lege, (c) ad rei donata traditionem exemplo venditionis compellitur, (d) nonnunquam

160179

etiam actione reali convenitur, (e) & re tradita nullo jure repetitio superest. (f) De evi-  
dione vero donator non tenetur, (g) nisi quatenus dolo fecit; (h) nec in solidum, sed in  
quantum facere potest, condemnatur. (i)

(a) l. perfecta 4. C. de donat. quæ sub mod. §. aliæ autem Instit. h. t. (b) l. legem 9. l. si quis  
argentum 35. §. fin. C. h. t. (c) quoniam competit ex nova constitutione, d. l. si quis argen-  
tum §. fin. vide l. unic. ff. de condict. ex lege. V. Ves. in parat. num. 7. h. t. (d) d. §. aliæ autem  
Instit. h. t. (e) l. 1. & ibi glo. & Schar. C. h. t. (f) d. §. aliæ autem l. 2. 3. 4. 5. & seqq. C. de revoc.  
donat. vid. l. 1. in pr. l. senatus 35. §. sed mortis ff. de mort. c. donat. Gæddæus in l. 90. ff. de  
V. S. num. 5. (g) l. Aristo. 18. in fin. & ibi Castrenf. ff. h. t. l. 2. & ibi glo. & Schar. C. de evict.  
(h) d. l. Aristo. (i) l. qui ea donatione 12. ff. h. t. l. Divus Pius ff. de reg. iur. l. si extraneus 33. in  
pr. ff. de iur. dot. l. inter 19. l. cum ex causa 30. ff. de re iud. §. sed & si quis antepenult. In-  
stit. de action.

### XIII.

Licet autem res donata per pœnitentiam, ut dictum est (a) revocari non possint: si tamẽ  
ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, ne illi, qui suas res in alios con-  
tulerint, ab his quandam patiantur iniuriam, (b) donatoribus licentia data est, certis ex  
causis (c) eas revocare: (d) quod ad eò verum est, ut etiam pactum, quo inter eos conve-  
nit, ne ob ingratitude donatio revocetur, sit invalidum (e)

(a) thes. præcedent. per §. aliæ autem Instit. h. t. l. si ve autem 17. C. eod. d. l. 2. 3. 4. & seqq.  
C. de revoc. donat. (b) d. §. sciendum, l. his solis 7. l. fin. C. de revoc. donat. (c) d. §. sciendum  
l. donationes pen. C. de revocand. donat. sunt autem potissimum quinque ingratitude  
causæ, propter quas donationes revocari possunt, quæ enumerantur, in d. l. fin. C. de re-  
vocand. donat. patronus verò ex levissima causa donationem revocare potest, l. 1. C. eod.  
(d) cum fructibus à die commissæ ingratitude perceptis, l. cum quis 12. ff. de condict.  
caussa dat. causa non secut. l. videamus 38. ff. de usur. fac. l. 1. C. de his quib. ut indig. (e) l.  
contra juris 28. in pr. ff. de pact. l. pacta quæ contra 6. C. eod. l. ex eo 4. C. de inutil. stipulat.  
fac. l. contractus 23. ff. de R. I. Moz. d. tractat. c. de accident. donat. num. 7.

### XIV.

Hæc revocatio personalis est, (a) ut neq; heredi tribuatur: fas enim non est, ullo modo  
inquietari donationes, quas is qui donaverat, in diem vita sue non retractavit: (b) neque  
in heredem competat, (c)

(a) l. his solis 7. vers. actionem, C. de revoc. donat. & ibi Gothofr. (b) l. 1. in fin. d. l. his so-  
lis 7. l. ult. in fin. C. eod. l. 1. §. fin. ff. ad Senat. consultum Silan. (c) d. l. his solis, §. fin. Con-  
nan. lib. 5. comment. c. 10. nu. 2.

### XV.

Sed etsi donator tempore donationis liberis orbis, postea susceperit liberos, donatio ad  
se revertitur.

l. si nunquam 8. C. de revocand. donat. quæ. l. licet tantum ad patronum & libertos  
pertineat, ut eleganter ostendit. Connanus lib. 5. comment. c. 19. nu. 3. 4. & 5. tamen æqui-  
tatis intuitu, & propter rationis similitudinem, etiam ad alios extendi potest, l. cum avus  
102. ff. de condit. & demonstr. & ibi Gothofr. ed. allegans Alciat. l. præsumpt 9. l. cum acu-  
tissimi 30. C. de fideicommiss. l. generaliter 6. §. cum autem C. de inst. & substit. Conn. d.  
loco Gothofr. in d. l. si nunquam allegans Clarum 4. sent. §. donatio, quæst. 22. & seqq.  
Moz. d. tract. c. quomodo annulletur & revocetur donat. nu. 74.

Illud

XVI.

*Illud autem hic queri consuevit, si suscepti post donationem liberi, donatore superstito moriantur, an conualefcant donatio? & conualefcere sub distinctione defenditur.*

Raphaël in l. Titia Sejo 89. §. Imperator, ff. de legat. 2. nam cum hæc quæstio ex conjecturis dependeat, vide d. l. cum acutissimi 30. C. de fideicommiss. d. l. generaliter 6. §. cum autem C. de institut. & substitut. videndum, an revocare voluerit donator, nec ne. Moz. d. loco nu. 90. cont. Bart. in d. l. Titia Sejo, ubi videtur hoc simpliciter negare.

XVII.

*Hic & illa ardua & inter Dd. variè agitata quæstio se offert, an pater beneficio d. l. si unquam renunciare possit? quod affirmo.*

Bart. in l. Titia Sejo §. Imperator nu. 7. ff. de legat. 2. Moz. d. c. quomodo annull. & revocetur donat. nu. 75. ubi varios Dd. in utramque partem allegat.

XVIII.

*Denique si immodica sit donatio, per querelam inofficiosa donationis revocari potest; (a) & quidem in solidum si donatio re & consilio simul inofficiosa in extraneum collata sit; (b) si re tantum, usque ad legitimam; (c) si verò in quendam filiorum collata sit, indifferenter usque ad legitimam revocatur, (d) nisi ingrati appareant. (e) Sed hæc querela ubi aliud remedium donatori competit, cessare debet, (f)*

(a) l. 1. 2 & tot. tit. C. de inoff. donat. (b) d. l. 1. & ibi gloss. Bart. in d. l. Titia Sejo 87. §. Imperator ff. de legat. 2. Moz. d. tract. de donat. c. quomodo annulletur & revocetur donatio. nu. 91. (c) gloss. in d. l. 1. 2. cod. Bart. & Moz. dd. locis. (d) l. si totas 5. l. si mater 7. l. si liquet pen. C. de inoff. donat. Authent. unde et si parens C. de inoff. testam. Nov. 92. c. 1. d. l. Titia Sejo 87. §. Imperator 3. vide Cujac. lib. 5. obser. 14. (e) d. Nov. 92. c. 1. verſ. hæc itaq;. (f) l. si filius 4. l. cum donat. 6. & ibi gloss. C. de inoff. donat.

XIX.

*Sed quid si parens immodica donatione in extraneum facta, filio aliquid reliquit, an & quatenus hæc revocari debeat, queritur? Et usque ad legitimam eam revocandam esse, (a) (ut & inofficiosa heredis institutio usque ad legitimam tantum, quantacumq; etiã hereditatis parte relicta, revocatur,) (b) autumo.*

(a) videl. si mater 7. C. de inoff. donat. Bart. ad d. §. Imperator. Moz. d. loco nu. 93. (b) §. sed hæc ita. Instit. de inoff. testam. l. omnimodo 30. l. quoniam in prioribus 32. l. scimus 36. C. cod.

XX.

*Sequitur impropria donatio, que non fit ex mera munificentia & liberalitate, (a) sed causa alicujus intuitu, sub qua in aliquem confertur: (b) Hæc rursus vel fit ob causam mortis, vel ob aliam causam. (c)*

(a) l. 1. l. hoc iure 19. §. 1. & fin. l. Aquilius 27. l. si pater, pen. in fin. ff. h. t. (b) dd. ll. & l. 2. & 3. & tot. tit. C. de mort. c. donat. tit. C. de donat. ante & propter nuptias. (c) ita hæc subdividit Dn. Althus. in comment. suo in Institut. h. t. Dn. Goeddaus in l. munus 18. nu. 10. ff. de V. S.

XXI.

*Mortis causa donatio est, cum quis imminente mortis periculo, vel sola mortalitatis cogitatio-*



*cogitatione commotus (a) ita donat, ut habere se potius velit, quam donatarium, ipsum vero potius, quam heredem suum. (b)*

(a) l. Julianus 2. cum ll. seqq. l. mortis causa capitur, §. sine donatione 2. in fin. l. senatus 35. §. mortis causa 4. ff. h. t. vide l. sed interim 11. §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. §. 1. Instit. de donat. (b) l. 1. & ibi Castrenf. ff. h. t. d. §. 1. Instit. cod. l. senatus 35. §. sed mortis causa 2. ff. cod.

## XXII.

*Vt fidei commissum is demum relinquere potest, cui testandi jus est, (a) ita illi duntaxat mortis causa donare conceditur, qui testamenti factionem activam habet: (b) Filiusfamilias tamen ex voluntate patris mortis causa donare potest, (c) licet eo consentiente testamentum facere non possit. (d)*

(a) l. 2. ff. de legat. 1. l. 1. in pr. ff. de legat. 3. vide l. Divi Severus 6. §. codicillos 3. l. conficiuntur 2. §. codicilli 2. ff. de jur. Codicill. (b) l. filiusfam 7. §. fin. ff. de donat. fac. l. Marcellus 18. l. illud generaliter 37. ff. h. t. l. ult. in fin. C. cod. §. 1. Instit. de donat. Castrenf. in l. tam is 25. ff. h. t. nu. 3. (c) d. l. filiusfam. 7. §. pari autem ratione 4. ff. de donat. d. l. tam is 25. in fin. ff. h. t. (d) l. qui in potestate 6. in pr. ff. qui testam. fac. poss. l. senium 3. in fin. C. cod. in prin. Instit. quib. non est permitt. fac. testam.

## XXIII.

*Hac donatio inter virum & uxorem valet, (a) item inter patrem & filium in ejus potestate existentem: (b) nec insinuatione vel scriptura eget; (c) sed quinque testes requirit, (d) cum omnes effectus, quos ultima habent liberalitates, sortiatur. (e)*

(a) l. ubi ita donatur 27. ff. h. t. l. si eum 9. in fin. cum 2. ll. seqq. ff. de donat. int. vir. & vx. (b) fac. d. l. si eum. cum 2. ll. seqq. (c) l. ultim. C. de donat. c. mort. & ibi glo. Bart. Bald. Salicet. Angel. prout eos allegat. Moz. d. tractat. de donat. c. de divis. donat. (d) d. l. ult. & ibi communiter Dd. l. ult. §. fin. C. de Codicill. (e) l. Marcellus 15. l. illud generaliter 37. ff. h. t. d. l. ult. C. cod. §. 1. Instit. de donat. l. 2. ff. de public. in rem action.

## XXIV.

*Vnde & illud quoque consequitur, ut legatum post mortem testatoris ipso jure, etiam traditione à defuncto non facta, legatario acquiritur, (a) ita & rem mortis causa donatam protenus donatarij esse: (b) eademq; ratione Lex Falcidia, (c) cautio Mutiana, (d) jus accrescendi, (e) & substituendi (f) in hac donatione locum habent.*

(a) l. legatum 80. ff. de legat. 2. §. 2. Instit. de legat. (b) per d. l. illud generaliter 37. ff. h. t. d. l. ult. C. cod. l. 1. in fin. cum l. seq. ff. de publ. in rem action. l. 1. §. si quis 5. ff. quod legat. Cujac. lib. 10. observat. obs. 28. (c) l. ubi ita donatur 27. l. Seia 42. §. fin. ff. h. t. l. 2. C. cod. l. si mortis causa 5. l. in donationibus 12. l. pen. C. ad L. Falcid. l. cum hic status 32. §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. cum pater 77. §. 1. 2. & 6. ff. de legat. 2. & ibi Bart. d. §. si quis 5. Moz. d. c. de divis. donat. nu. 31. Bart. in l. qui pretio 8. ff. h. t. Cujac. d. obs. 28. idem lib. 8. obser. 2. (d) Nov. 22. c. 43. Moz. d. loco nu. 33. (e) l. unic. §. antepenult. C. de caduc. tollend. Moz. d. loco nu. 30. (f) l. ut heredibus 50. l. cum pater 77. §. 1. ff. de legat. 2. Moz. d. loco nu. 34.

## XXV.

*Licet autem quis in extremis vite constitutus donet, si tamen non facit mentionem mortis, in dubio inter vivos & absoluta donatio praesumitur: (a) sic & illa donatio qua nullo casu revocari potest, (b) pro simplici & inter vivos habetur: (c) item ea donatio, qua in donatarium & heredes collata est. (d)*

(a) l. Seja antepen. §. fin. ff. h. t. (b) l. si alienam 13. in fin. l. Senatus 35. §. mortis causa 4. ff. h. t. (c) l. ubi ita donatur 27. ff. h. t. (d) Moz. d. tract. c. de accident. donat. nu. 6.

### XXVI.

*Hac mortis causa donatione omnia bona, tam futura, quam presentia, relinqui possunt.* (a)

(a) l. licet inter privatos 19. C. de pact. Moz. d. tractat. c. de reb. quæ donar. possunt. nu. 11

### XXVII.

*Hac donatio licet variè revocetur: (a) potissimū tamen his modis sequentibus; expressa donatoris penitentia, (b) voluntaria rei donata alienatione (c) capitalibus inimicitijs intervenientibus, (d) morte donatarij superstiti adhuc donatore, (e) mortis, vel periculi, propter quod donatio facta est, immunitate (f) annullatur & revocatur: & donationis ita revocata dominium ipso jure ad donatorem revertitur.* (g)

(a) Moz. d. tract. c. quomodo annull. & revoc. donat. (b) l. mortis causa 16. l. qui mort. causa 20. h. t. arg. l. illud generaliter 37. ff. cod. l. ult. C. cod. 5. 1. Instit. de donat. conjunct. cum l. si quis ita 3. in fin. & l. seq. ff. de adimend. legat. Castrenf. in l. 1. ff. h. t. (c) d. l. illud generaliter 37. l. rem legatam 18. ff. de adimend. legat. (d) fac. d. l. si quis ita 3. §. fin. (e) d. prin. Instit. de donat. l. 1. l. si mortis causa 29. ff. h. t. l. non omnis 19. ff. de reb. cred. si cert. petat. (f) dd. ll. Moz. d. loco nu. 7. Castrenf. in l. 3. ff. h. t. nu. 3. (g) l. si mortis causa 14. l. si mortis causa res donata 29. l. non videtur 32. ff. h. t. fac. l. 1. C. de donat. quæ sub modo.

### XXVIII.

*Fructus verò tam à tempore donationis percepti, quam pendentes (a) per utilem rei vindicationem, (b) vel conditionem (c) refusus tamē necessarijs & utilibus impensis, (d) à donatario repetuntur.*

(a) l. cum quis 12. ff. de condict. causa dat. causa non secut. Bart. in l. si mortis causa 14. ff. h. t. Moz. d. loco nu. 12. (b) l. his solis 7. & ibi glos. C. de revocand. donat. (c) fac. §. nunc admonendi, Inst. quib. alien. lic. vel non. (d) d. l. si mortis causa 14. vide l. sumptus 48. l. emptor 65. ff. de rei vindicat.

### XXIX.

*Supereſt donatio ob causam aliam facta: que rursum vel propter nuptias fit, vel ob remunerationem: sed cum donatio propter nuptias in materia matrimoniali satis discussa sit, eam hic missam faciemus: restat igitur sola remuneratoria donatio, que fit in compensationem meritorum, (a) tam præteritorum, (b) quam futurorum. (c)*

(a) l. Aquilius 27. l. si pater 34. in fin. ff. h. t. (b) d. l. Aquilius, d. l. si pater. Althul. lib. 2. juris. Rom. c. 36. (c) l. hoc jure 19. §. 1. & §. fin. ff. h. t.

### XXX.

*Hac donatio, ut superior (a) inter patrem & filium qui est in potestate, (b) item inter maritum & uxorem, (c) valet: & ob liberorum nativitatem, (d) vel ingratitudinem non revocatur: (e) nec ullo casu insinuatione eget. (f)*

(a) thes. 23. (b) Gail lib. 2. observ. 38. nu. 5. Bart. in l. 1. ff. h. t. nu. 1. (c) Gail d. lib. 2. observ. 8. num. 3. & observ. 40. nu. 6. & 7. (d) Moz. d. tractat. c. quomodo annull. & revoc. donat. num. 80. (e) l. si pater 34. in fin. ff. h. t. arg. glos. in l. fin. verbo inveniatur, C. cod. (f) l. Aquilius & ibi Dd. ff. cod.

153255

AB: 153255



(X2203998)

K



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
 TIT. FF. C.  
 INSTIT. DE DONA  
 TIONIBVS.

EO AVSPICE PRAESIDIBVS,  
 A. M. ET CONSULTISSIMIS VIRIS D.  
 Iohannis Cronenburgero, Dictatore, & D. Io-  
 hannis Landt Fisco, SS.LL. Licent. in celeberrimo  
 Agrippinensium juris Collegio, pub-  
 licè discutiendas exhi-  
 bet.

JES NEVVHAVSEN VV.  
*reparata salutis CI<sup>o</sup>. IO. LXXXVII.  
 V. Nouemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
 VDEBAT PETRVS KESCHEDT.

79